



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita IV. Fides.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55155)

VIRTVTVM.

MARGARITA III.

Oblatio operum per Patronos.

Vt iam à Deo opera nostra, bona-
que omnia acceptetur, hos varios
per Hebdomadam Patronos adhi-
bete, quæ ea tanquam cælestes Aulici
pro vobis quotidie Deo offerant.

Die Dom. Abhibete, & orate om-
nes SS. Angelos.

Luna. Omnes SS. Patriarchas &
Prophetas,

Martis Omnes SS. Apostolos &
Euangelistas.

Mercur. Omnes SS. Martyres.

Iouis Omnes SS. Confessores.

Vener. Omnes SS. Religiosos.

Sabbathi. Omnes SS. Virgines, &
Viduas.

nam vt sciatis quid offerendum sit,
hæc sancta pij Iuuenis proposita ha-
bete, & exercete.

MARGARITA IV.

FIDES.

Actus.

Credo me ad æternam Dei beati-
tudinem creatum hicque in ter-
ris.

A 3

ris.

vis esse exilium, & pœnitentiæ locum
& viam in patriam nostram, nempe
cœlum.

2. Credo Deum vbique verè esse
præsentem tam benè quam in cœlo,
eumque me, & cor meum intueri, cogi-
tationesque omnes.

3. Credo Deum ad me ita solum
attendere, quasi ego solus in mundo
essem. Siue ergo sim domi, in scholis, in
cubiculo, siue in lecto, in quouis angulo
tenebricoso, Dei patris optimi oculo-
rum in me proiectum intuebor.

4. Credo Deum esse cordium scruta-
torem, & inspectorem, omniaq̄ mi-
nutissima cogitata perspicere, hinc
studebo tales habere cogitationes, qua-
les cupio illum videre, & remunerari.

5. Credo firmiter Deum iudicem
esse iustissimum, talemque qui quod-
uis opus bonum quârumvis paruum
sit remuneraturus; sicut etiam quod-
uis malum seuerissime puniturus.

6. Credo firmissimè leuissima pec-
cata venialia nullâ hic pœnitentiâ de-
leta, purgatorij ignibus dirissime ex-
piari.

piari, & vnico etiam mortali peccato non expiato, aeternas inferni poenas destinatas esse.

7. Credo singulariter etiam Christum Iesum, qui est verus Deus, Creator meus, Iudex meus, esse in Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento in altari: hinc magna cum reuerentia, ac modestia in templo semper ero.

8. Credo quicquid Biblia, & S. Ecclesia proponit credendum, & pro minimo millies mori paratus, sum.

MARGARITA V.

HVMILITAS.

Actus eius.

Cogitabo me nihil ex me boni habere, nec in corpore, nec in anima.

2. Quia nihil ex me boni habeo, nõ desiderabo amari ab alijs, vel laudari, & si lauder, vel amer, laudes, & amorem in Deum planè refundam.

3. Cogitans me peccasse semel mortaliter, vel per Deum à peccato retractum esse, vel non permissum in id incidere (quod qualibet hora pluries fieri